UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri Vltraiectini

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIIII.

Apulei locus in libro De dogmate Platonis, eleganti coniectura emendatus. Cap. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70886

Visual Library

Ant. Mur.
Variæ Lect.
L III
28



## Apuſei locus in libro De dogmate Platonis eleganti coniectura emendatus.

### CAP. XIII.

LICET *Apuleianam lectionẽ quidam mag*
*nominis viri tanto ſupercilio & faſtu cõtemni*
*reÿciãt, vt inutilẽ ac infrugiferam: illorũ tamẽ au*
*ctoritas tanti apud me non eſt, vt hac in parte il*
*aſſentiar, imò contrà omnino, eius lectionẽ litter*
*omnibus et antiquitatis ſtudioſis vtilem eſſe, ac om*
*nino pernecesſariam, exiſtimo. Sed quia eius lib*
*quàm pluribus mendis (quibus obſcurior multò &*
*intricatior redditur, licet alioqui ſatis obſcurus &*
*intricatus per ſe) ſunt referti, fit vt pauci eius l*
*ctione delectẽtur, ex eaq́ aliquẽ fructũ haurire p*
*ſint. Monſtroſè autẽ hũc auctorẽ deprauatũ eſſe*
*loco in medium prolato, iam planũ faciam, quem*
*vt ſpero, ex coniectura reſtituam, vt nullus dubi*
*turus ſit, quin hunc locum genuino ſuo nitori re*
*tuerim. Locus eſt in libro De dogmate Platonis,*
*inter cætera ſic inquit de Platone. Talis igitur a*
*talibus Plato, non ſolùm Heroum virtutibus pr*
*tit, verùm etiam æquiparauit diuum poteſtati*
*Nam Speuſippus domeſticis inſtructus documen*
*pueri eius in ære partiendo ingeniũ, & admiran*
*verecundiæ indolem laudat, & pubeſcentis pri*
*tias labore atque amore ſtudendi imbutas refert, &*
*in viro harum incrementa virtutum & cæter*

com-

*conueniſſe teſtatur. Hac ille. Quo in loco quod dicit, pueri eius in ære partiendo ingenium, mendoſum eſſe opinor. quid enim hoc ſibi velit, difficile eſſet alicui diuinare, quandoquidem nuſquam legatur de Platonis ingenio in ære partiendo. legimus quidem illum picturæ non aſpernatum artem, vt idem paulò infrà teſtatur, ſed hoc nihil ad rem præſentem. Quare vt paucis agam, ſic hic locus minima mutatione eſt reſtituendus. nam Speuſippus domeſticis inſtructus documentis, pueri eius acre in partiendo ingenium, & admirandæ verecundiæ indolem laudat, &c. Quis iam non videt, hanc eſſe veram & apertam huius loci lectionem: de qua qui dubitabit, eundem meridie dubitare an lux ſit, iubebo.*

## Stobæus à macula vindicatus.

### CAP. XIIII.

STOBÆVS *ſermone* CXIX. *hos Aeſchyli verſus elegantes, ſed mirum in modum corruptos & deprauatos in medium adducit:*

Ω θάνατε ποίαν μὴ μ' ἀτιμάσης μολεῖν.
Μόνος εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἰατρός,
Ἄλγος δὲ οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶς.

*quos ſic vertit Geſnerus:*

*O mors, ne quæſo patiar repulſam quo minus ad te veniam,*